



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

5. Consideratio de petitione benedictionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

Rogabis igitur præcellam hanc Dominam & Reginam, ut suscipiat te in seruum tuum, & in perpetuum mancipium suum, & dignum te faciat ministrum altaris Filii sui.

CONSIDERATIO V.  
& ULTIMA.

**L**egatus, priusquam legationis suæ exordiat, negotia, sistere sese debet suo Principi, ut ab eodem plenam commissionis suæ instructionem recipiat, & ipsam voluntatē intelligat; Sacerdos pariter, antequam Missam inchoet, corde & animo in Paradisum cœlestem sese transferat, oportet, ut benedictionem, & ultimam instructionem expediendorum recipiat à sanctissimâ Trinitate, ab Humanitate Christi, & sanctissimâ Matre. Mente igitur in cœlum subleuatus humiliter procides in genua, teque prosternes ante thronum sanctissimæ Trinitatis, sanctam postulando benedictionem, & dicendo: *Iube Domine benedicere.* Respondet Pater æternus: *Benedicaris in virtute potentia mea.* Respondet Filius: *Benedicaris in lumine Sapientia mea.* Respondet Spiritus Sanctus: *Benedicaris in gaudio Bonitatis meæ.* Eandem postulabis benedictionem ab Humanitate Christi, & respondebit: *Benedicaris in efficacia Sanguinis uerorum meorum.* Eandem benedictionem petes à Beatissima Virgine, & simile tibi dabit responsum: *Benedicaris in abundantia uberum meorum.* Hisce robotatus confusus benedictionibus descendes in terram, non tuus men solus, sed Angelorum stipatus comitatu, qui leuissimè te comitabuntur ministraturi tibi in sacrosancto Sacrificio. Hæc de præparatione remota: sequitur nunc proxima consistens in lotionem manuum, sacrasque vestium indumento, & processu ad altare.

Præparatio proxima  
ante Missam.

**I**n prima actione, considerans verba illa, quæ Sacerdos dicit lauando manus (*omnem maculam*) te totum expurgare debes ab omni specie maculae, & corporis & animæ: adde, ut nihil planè in te reperiat, quod suppetat